

RELIGIOSISSIMO VIRO
REV. PATRI,
FRANCISCO DE LA CHAIZE
E SOCIETATE JESV,
REGI A SACRIS CONFESSIONIBVS,

S. P. D.
PETRVS DANIEL HVETIVS,
EPISCOPVS ABRINCENSIS,



Amen à sententia non disce-
dis, & opus hoc fortuitu quidem na-
tum, sed suffragio deinde compro-
batum tuo, & auctoritate tua de-
mum consilioque mandatum scri-
ptis, nunc quoque emittendi in lu-
cem sua for hortatorque es. Nam cum aliquando
rediissem in Urbem ex Alnetano, meæque rusticatio-
nis, ac multo magis studiorum, quæ tua humanitas
est, rationem reposceres, multaquæ de iis respondi-
sem; tum præcipue recitavi habitas mihi cum Hame-
lio viro doctissimo disputationes de Concordia Rati-
onis & Fidei. Commoveri certe visus es in hoc ar-
gumento, quod nondum satis esse dicebas Theologo-
rum disputationibus illustratum, & valde velle id
omne tibi sigillatim exponi. At ego rem esse dixi ma-
joris otii & alterius loci. Tu statim constituisti locum